



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Ioannis senis monasterij Scopuli. Capvt LXXXII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Vita Ioannis senis monasterij Scopuli.

CAPVT LXXXII.

Ioannē quendam senem in eodem monasterio vidimus, de quo dicebant nobis eiusdem loci patres. Verè, Christiani, magnus est senex demonibusq; terribilis. Quicumque enim huc venerit vexatus ab immundo spiritu, curat eum continuo senior.

CAPVT. LXXXIII.

Dicebant nobis & hoc de illo ipsius loci Patres, quòd ad vigesimum quartum milliariū monasterij emporium est quod Exile promontorium dicitur. In eo emporio nauclerus quidam, constructa nauī triginta millium modiorum, volens eam in mare deducere, duas hebdomadas cum operarijs plurimis egit (habebat autem quotidie trecentos operarios) nec potuit illā de loco suo mouere, aut in mare deducere. Fuerat enim à pessimis hominibus incantata nauis. Erat igitur in magna tribulatione, & angustia dominus nauis, & quid ageret, omnino ignorabat. Per dispensationem, aut Dei abiit senex ad partes illas. Nauclerus aut, conspecto sene, agnoscensq; sanctū virum, ait illi: Ora, domine Abba, pro nauī istā, per artes enim magicas in mare descendere non potest. Dicit ei senior: Vade, fac vt cibum sumam, & Deus iuuabit te. Hoc aut dixit senex, vt nauclerus abiret domū, Cū verò ille abiisset, accessit senex solus nauem, & tertio se in terram¹ prosternens, & orans Deum, tertio signauit nauim signo sanctæ² Crucis in nomine Domini nostri Iesū Christi. Veniēs deinde senex

Bb

in do-